

reſpectu Episcopii, etiamſi non habeant eamdem Episcopalem iurisdictionem, affirmant Angelus, Sylueſter, Sotus, apud P. Suarium supra num. 13. quorum ſententiam P. Tancredi supra num. 14. ait eſſe valde probabilem: ſicut & P. Palauſ Tomo 3. Diſput. vlt. Puncto 15. num. 6. Ante quos P. Suarez numer. 14. dixerat vi rationis ſpectata ſibi videri valde verosimilem. Et Barboſa Allegat. 69. numer. 9. quamplures adducens amplectatur. Et P. Sancius supra num. 4. Id ergo quod talibus conceditur, potiori eſt iure Capitulo concedendum, vtpote quod inferiorem poteſtatem non habet, ſicut alij, ſed eandem, quam Episcopus, quia Ordinaria huius in illud tranſit, iuxta dicta. Pro quo & Auctores plurimi videri poſſunt apud P. Filiucium Tractatu 41. num. 40. Potest autem illud Beneficia conferre, quia iuris patronatus ſunt, vt eſt iuris manifeſta deſcriptio, de qua dictum, & pro qua poſt Barboſam alios referentem supra num. 8. ita ſcribit P. Palauſ Tract. 13. Diſput. 6. Puncto 2. s. 3. num. 5. Capitulum, Sede vacante, poteſt recipere reſignationes Beneficiorum ex cauſa permutationis, ſi eorum Collatio ad ipſum pertineat. Tradunt cum Gloſſa in Clement. de reſum permutat. Doctores communiter. At ſi ſolius Episcopi collatio, electio, ſeu preſentatio Beneficiorum ſit, nequaquam Capitulum poterit reſignationes ex cauſa permutationis admittere. Quia non poteſt admittere, niſi admittendo conditionem, vt compermutantibus conferantur, quod ſibi datum non eſt. Sic pluribus reſatis Nic. Garcia. Parte 11. Cap. 4. num. 75. Sic ille, qui ſtatim ex eodem Nicolao Garcia num. 81. Sic addit: Verum ſi Episcopus horum Beneficiorum reſignationes admiſiſſet, & antequam eas compermutantibus conferret e vita decederet, poſſe Capitulum, Sede vacante, ea compermutantibus dare, quia admiſſa reſignatione Beneficiorum, collatio neceſſaria eſt. Cap. de reſum permut. in 6. & Clement. eodem titulo. Et Capitulum Episcopo ſuccedit in his, quia ſunt neceſſitatis & obligationis. Garcia supra n. 81. Hæc ille. Vbi mirari licet quomodo ſui immemor ita protulerit: nam Diſput. 2. Ref. 29. num. 20. oppoſitum contra citatum à ſe Auctorem probauerat, concludens poſt alia talem caſum vix poſſe contingere, cum admittens permutationem, colloquio Collationem Beneficij præſtet, & eodem contextu admittatur vtriuſque renuntiationis, & pariter fiat vtriuſque Collatio, vt aliis citatis docuit ipſe Garcia 3. Parte Cap. 8. n. 104.

P. Palauſ, contraria vt docet.

Ex neceſſitate Collationis pro permutatione arguitur.

Clement. de reſum permutat.

Abſolutio

Abſolutio

Abſolutio

neceſſitatem dictam eſſe ex ſuppoſitione liberâ, ex eo ſcilicet quod reſignatio liberè ſit acceptata, quâ ſuppoſitione ſublata, nulla eſt obligatio collationis, ex qua colligit non poſſe Capitulum reſignationem cauſâ permutationis admittere. Si inquam hoc dicas nihil inde ratio adducta ad fundandam probabilitatem ex vi fundamenti huius infringitur. Nam ſi quidquam valeret, fieret ex ea tempus à Pontificibus pro Collatione præſcriptum etiam in permutationibus currere neceſſario debere, quia illâ tantum ex ſuppoſitione liberâ neceſſariae ſunt, quandoquidem permutatio poteſt non admitti, & ita illa, ceſſante obligatione, ceſſabit. Cum ergo non ceſſet, neceſſitas aliter eſt explicanda, ex eo ſcilicet quod cum permutare volentibus debeat conſentiri, ſicut & Patronis; quia permutatio non niſi ex cauſa neceſſaria fieri poteſt, vt Canones ſacri diſponunt, de quo ſtatim. Stet ergo licitum eſſe Capitulo permutationes admittere, quod certius & exploratius in Indiis, vbi & praxis id communiffima roborauit. Fundamenta autem ex dictis conſtant, vnde non eſt cur plura addere debeamus.

Enſeruntur ex eo quod collatio ſit tantum neceſſaria ex ſuppoſitione libera.

42 Dico tertio. Ad permutationem cauſa aliqua non leui momenti debet intercedere. Sic Doctores omnes, ex quibus videri poſſunt Zerola Parte 1. verb. Renuntiatione. Ad Tertium. s. Quintum dubium. Barboſa supra num. 27. Et P. Sancius supra Cap. 38. num. 14. Eſtque illud iuxta iuris communis diſpoſitionem. Nam in Cap. Quæſitum, de reſum permutat. Sic habetur: Si autem Episcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licitè poterit de ſuo loco ad alium tranſferre perſonam, vt que vni loco minus ſunt vtilis, alibi ſe valeant vtilius exercere. Sic Vrbanus Tertius; in xta cuius mentem neceſſitas ad vtilitatem etiam reuocatur: magna enim vtilitas pro neceſſitate debet reputari. Neque vtilitas permutantium attendenda eſt, ſed Eccleſiæ, vt fatiſ ibidem expreſſum. Vnde Cap. Valer. 81. Aſſ. quod circa prædictam Vrbanæ deſiſionem adducit Gloſſa, non videtur ad rem; quia in eo tantum dicitur, vt recenter conuerſis loca mutantur, in quibus peccandi occaſiones habuerunt. Niſi forte contingat Parochum aliquem, in loco, vbi diu fuit, ex occaſionum illecebrâ labi grauitè conſueuiſſe, & opportunum videatur de vitæ mutatione ſolicitem ad locum aliquem minoris ex occaſionum raritate periculi illum tranſmutare. Pro quo tales poſſunt circumſtantia concurrere, vt id non debeat penitus reſpui, & ita Prælatorum iudicio relinquendum. Adducit præterea Gloſſa Cap. Mutationes, Cap. Scias, Cap. Omnis qui 7. quæſt. 1. in quibus tamen de ſolâ Episcoporum agitur mutatione. Quia verò in illis ratio neceſſitatis inter alias pro ipſâ commendatur; non immerito poſſunt inferiorum Beneficiorum permutationibus applicari.

Aſſertio 3. Cauſam non leuam ad permutationem requirit.

Ca. Quæſitum, de reſum permutat.

Eccleſia vtilitatem, & non permutare volentium, attendendum.

Vtilitas quomodo admittatur.

44 Vbi ſi quæras prædictorum Canonum occaſione, qui Pontificij ſunt, ſcilicet D. Anteri, & Pelagij, an inter Episcopos eſſe permutatio poſſit: id quidem iuxta Canonici iuris diſpoſitionem eſt inauditum: de potentia autem abſoluta Pontificis id eſſe factibile, nequit dubitari. Quod & nuper factum audio inter Episcopum Nicaraguensem & Caracensem. Hinc eſt vt non ante multos

Inter Episcopos an eſſe permutatio poſſit.

Cuiusdam vtilitatis.

multos annos, id quod in præſatis, nihil tale volentibus, eſt peractum, quidam Episcopus attentari; Oaxacensis nempe in Noua-Hiſpania: qui cum Episcopum Iucatanensem ad Cuſcensem Eccleſiam electum; & in eam tendentem hoſpicio recepiſſet, virum ſanè grandævum; perſuadere ipſi conatus eſt (quod ab eodem excepi.) vt ibidem remaneret, ſeque viribus firmiorem in eius Eccleſiam proſecturum, ſuaque diligentia atque induſtria relinquendum; quidquid ad negotiationem huiusmodi neceſſarium videretur. Daturum ſe inſuper promiſit triginta mille argenteos oſtregales, quos in emolumentis antecedentibus poterat in Eccleſia Cuſcensi numerare. Sed prudente viro rem vrbane repellente, non eſt in ea proceſſum: Et ille quidem permutationis auidus, vitam priuſquam alter cum morte permutauit. Et permutatio quidem talis ex ſolius Patroni nequit fieri voluntate; non obſtante eo, quod Dom. Solorzanus affirmat Lib. 3. Cap. 3. num. 20. vidiffe inquam ſe aliquando inconſultis Prælatiſ permutationes admitti, in Curia præſertim hiſ exiſtentibus, qui de permutatione conueniant, nouique ad Præbendas permutatas præſentationis literis expeditis. Quidquid enim de hoc ſit, ad quod ſe poteſt in Indiis priuilegium Regij Patronatus extendere, & tradita pro Indiis à Sede Apoſtolica cura peculiaris: cum aliis perſpicui iuris ſit non valere renuntiationem cauſâ permutationis factam coram Patrono laico, vel Eccleſiaſtico, vt tradunt Doctores, quos adducit Dom. Solorzanus supra. P. Sancius etiam supra Cap. 2. Dub. 29. num. 1. & 2. Et plures alij apud P. Suarium Lib. 4. citato Cap. 32. n. 10. & ſeqq. quantum neceſſarium iudicant auctoritatem Episcopii, aut Episcopalem iurisdictionem habentis interponi. Et n. 12. id tantum P. Suarez Patrono concedit, vt eius ſit conſensus requirendus. Videantur Cap. Præterea. Et Cap. Illud, de iure patronatus, ibi: Tum quia laicus ſine auctoritate Episcopii nemini poteſt Eccleſias dare, licet Religioſo loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Cap. 1. de Capellis, vbi ſic Vrbanus Tertius: Capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per conſilium Monachorum inſinuat: ita vt ex ſolius Episcopi arbitrio, tam Ordinatio eius quam depoſitio, & totius vitæ pendeat conſerſatio. Et plura alia apud P. Bauny in Praxi Beneficiorum. Diſputat. 9. Quæſt. 5. P. Palauſ Tomo 3. Diſput. vlt. Puncto 17. num. 10. Et quidem P. Bauny de praxi Gallia circa hoc loquens. s. Decimoquarto, & Decimoquinto: quod in Regno illo Rex Chriſtianiffimus reſignationes conditionales admittat ex aperta Regalia, non niſi priuilegio eſſe adſcribendum affirmat, quia Iuri communi oppoſitum, & contra communem Doctorum ſententiam.

Quid circa alia in Curia præſentatum.

Coram Patrono renuntiatione fieri nequit.

Cap. II. lud, de iure patron.

Cap. 1. de Capellis.

Quid circa Gallia v. ſum.

Circa Episcopatus nihil tale conſingi poſſe.

ficit ſi videlicet Rex conuenientiam pro eo Pontifici repræſentet, quam non eſt credendum ab ipſo reſpuendam, qui nihil magis debet pro Eccleſiæ bono, nouioris præſertim qualis eſt Indica, nihilque ardentius accurare. Neque licet Regi, conuenientia inſpectâ, ſic permutare volentes ad Eccleſias præſentare, per quod videtur inconueniens vitari admiſſa ab ipſo renuntiationis. Quia Beneficium, quod nondum vacauit, nequit prouideri, & ita neque præſentari pro illo. Sic Cap. Qui in viuorum 1. de Conſeſſione Præbende, vbi ſic dicitur: Qui in viuorum Saeculorum locis ponuntur, hoc ipſo ſunt ab Eccleſiaſtica communione reſeſendi. &c. Ad hoc autem vt permutatio fieri poſſit, debet reſignatio Beneficiorum mutua præcedere, vt ſtatuitur in Cap. Vnico, de reſum permutat. in 6. vbi ſic Bonifacius Octauus: Illis autem qui ſecundum formam iuris, ſua Beneficia in eadem diœceſi ad vitam Collationem ſpectantia, permutare volentes, liberè, ac ſine fraude in manibus ſuis ipſa reſignant. Sic ille. Pro quo Barboſa Allegat. 69. n. 11. Vt ergo præſentatio pro Episcopatibus permutandis locum habere poſſit, debet reſignatio eorum præcedere: cumque illam ſolus poſſit admittere Pontifex, nequit prouiſio à præſentatione Regis inchoari.

Neque ſi ſilicet præſentationem.

Cap. Qui in viuorum, de conceſ. Præbenda.

Cap. Vnicum, de reſum permutat.

Factum Prælati cuiusdam non legitimum.

46 Ex quibus ſit Dominum illum Episcopum non ritè in illo negotio ſe geſſiſſe, ſi præſentationem ante admiſſam à Pontifice reſignationem ad id putabat momentum aliquid habituram. Si autem viam ſibi aliam expeditionem ob cognatorum illuſtrium fauorem promittebat, res erat ſecundum nudam conſiderationem, remotis circumſtantiis, talis, vt ſine graui peccato poſſet attentari. Sed illud neſcio quomodo potuit in mentem homini docto venire, Episcopum ſcilicet expectaturum ibidem negotij illius ardui expeditionem, & Eccleſiam Cuſcensem interdum ſuo Paſtore priuandam. Si dicatur Bullas nondum acceptas, neque gubernationem à Capitulo aſſumptam, neque obligatum eſſe Episcopum ad illam aſſumendam, dum Confirmationis authenticum teſtimonium non extat. Contra hoc eſt, quod ſi ea ratio quidquam valeret, Iucatanenſis Eccleſia iniuſtè detrimentum abſentia pateretur: deſerta ſiquidem fuerat ante Confirmationis authenticum teſtimonium, vt Cuſcensi conſuleretur, ex præſumptâ Pontificis voluntate, vt ſuperius vidimus, & manifeſtâ Regis. Quod ſi hæc non vrgent, à ſuo non poterit ſponſo, coniugio durante, derelinqui. Cum ergo derelictio iſta ex inſpectione commodi reſpectu Cuſcensis ſolum iuſtificari potuerit, dum ex voluntario alio reſpectu mora necitur diuturna, iniuſtitia in eo indubitabilis reperitur. Eſt autem à veritate alienum non teneri Episcopum, qui Eccleſiam priorem deſeruit gubernationem alterius aſſumere, quia alio modo nequit eidem eſſe vtilis; cum tamen eiufdem vtilitas vnicum fuerit deſertionis prioris Eccleſiæ motiuum. Quod niſi quantum videtur exploratum.

47 Quod autem ſummam illam ingentem pecuniâ offererat, non erat cur doleret, permutatione, quam deſiderabat, obtentâ, ob illam amittendam: nam Episcopus, qui oblatam reſpuit, nonaginta mille Octiregales obuenientes ſibi ex vacatione

Pecuniâ ab illo offerri non potuiſſe.



vacatione ante ipſum in ſuam dioceſim ingreſſum numeravit. Vnde & gratitudinem ſuam erga Regem noſtrum teſtari contributione luculentâ potuit, de quo & dixi Titul. 2. num. 31. An autem tutâ conſcientiâ id fieri poterit videtur affirmandum; quia id ſimoniæ labem non habuit, quandoquidem non ut pretium, ſed ut compenſatio quædam ingenua emolumentorum pio eſt auctori ipſorum oblatum. Et quod Præbenda pro Præbendâ quoad id quod dicit ſecluſo titulo, redditus inquam congruæ ſuſtentationi, aut aliâs reſpondentes, commutari poſſint propriâ auctoritate, bene explicat P. Suarez *in arto Cap. 32. in fine*, ſententiam Cardinalis, & Imolæ ſic exponens & ampliâs, qui dixerunt Præbendas eiſdem rationis in eadem Eccleſiâ poſſe propriâ auctoritate commutari. Iuxta prædictam ſiquidem explanationem, non ſolum in eadem Eccleſiâ, ſed in diuerſis fieri commutatio poteſt, non quoad radices, ſed quoad redditus, & alia emolumenta. Nihilominus oblatio talis non caret difficultate, ſi propria auctoritate fieret conceſſâ à Pontifice permutatione, non factâ pecuniæ mentione; quia id non erat redditus pro redditibus commutare, ſed recollectam iam pecuniam tradere animo alliciendi Episcopum ad permutationem, quæ ſub eo erat pacto celebranda. Et communis quidem ſententia eſt ſimoniâ committi in permutatione, ſi in pactum deducatur ut alter ſoluat expenſas in Beneficij acquiſitione factas, aut in illius conſecutione faciendas, ut videri poteſt apud P. Palaum *Tomo 3. Diſput. ult. Puncto 17. numer. 10.* qui id ex Patribus Suario & Leſio deducit, atque ex Flamminio, quem illi citat. Et licet illi de expenſis tantum loquantur, quæ in obtinendo litigioſo Beneficio factæ ſunt, eorum ratio etiam ad faciendas extenditur; quia ſcilicet omnis pactio rei pretio æſtimabilis pro Beneficio eſt ſimoniaca. Quia verò aliqui apud P. Leſium de expenſis factis aliter ſentiant, non eſt illud penitus improbandum. Videndus ille etiam in *Reſolutionibus poſthumis*. verb. *Reſtitutio Caſu 3. & 4.* Pro faciendis autem maior ratio eſt: pro quo videri poteſt P. Suarius *Cap. 34. in fine*. P. Thomas Sanius *Lib. 2. Conſil. Cap. 2. Dub. 25. numer. 11.* vbi docet pactum in permutatione ut alter ſoluat expenſas pro Bullis faciendas, eſſe ſimoniacum, quod ex Nauarri doctrina deducit, Felinique, atque aliorum aſſerit eſſe Iuniorum P. Palaus *Puncto 16. num. 5.* Diana *Parte 11. Tractat. 6. Reſolut. 7.* ex Ioanne Pontio *in Curſu Theologico, Diſp. 56. n. 33.* Pro quo hæc ſatis.

48 Dico quartò. Neceſſitas & utilitas permutationis prudentis eſt arbitrio remittenda. Id probo. Quia neceſſitas & utilitas latiffimè patent, vnde nequit certus aliquis gradus earum designari. Non dico remittendum iudicio Episcopum, ut ait P. Bauny *Quæſt. 4.* qui ante illud poſſunt permutare volentes de ipſâ permutatione tractare, & inter ſe veluti contractum facere, cum mutua obligatione; ſub conditione tamen approbationis Prælati, ut docent P. Sanius *citato Cap. 33. num. 7.* P. Sanius *Dub. 39.* P. Palaus *Puncto 15. num. 2.* P. Bauny *Quæſt. 3. s. Tractare, & ſeqq.* qui alios adducunt, & præſertim P. Sanius, qui *num. 5.* cum aliquibus, quos citat, affirmat à tali pacto non poſſe penitus reſilire, quia ex parte

Præbenda pro Præbendâ ut quæ commutari.

Difficultas circa oblationem pecuniæ diſtinctam.

Pactio de expenſis ſimoniaca.

Aſſertio 4. neceſſitas in permutatione iudicio prudentis reſoluenſi. Et quomodo non Episcopum, & tractatus qualiter faciendus.

ipſorum omnino perfectum eſt. Idem ergo dixi negotium hoc non poſſe iudicio Prælati remitti, quia permutare volentium debet deliberatio præcedere, qui grauius peccabunt, ſi ex leui tantum cauſa paſſcantur: cum poſſit contingere ut Prælati minus circa illam attentus, permutationi conſentiat, per quod eorum conſcientiæ non debent ſecuræ remanere. Quæ autem cauſæ ſufficientes eſſe poſſint tractant inter alios Dom. Barbosa *Allegat. 69. citatâ, num. 31. & ſeqq.* P. Sanius *Dub. 38. numer. 14.* P. Palaus *Tomo 2. Tractat. 13. Diſput. 4. Puncto 3. s. 1.* P. Filiucius *Tractat. 41. Cap. 10. num. 24.* P. Bauny *Quæſt. 4. citatâ, Sylveſter verb. Renuntiatione, 2. Quæſt. 12.* P. Azor *Tomo 2. Lib. 7. Cap. 30. Quæſt. 4.* Ex quorum doctrina id poteſt deduci, quod magis eſt favorabile; ne multos parum ad ſpirituales reſpectus attentos in permutationibus condemnemus. Sylveſter ſic ait: *Et generaliter credo ita eſſe de omni cauſa, quæ non reſoluitur in pecuniam, vel aliquam menſurabilem pecuniam.* Quod quidem videtur probare P. Sanius, dum citat, nec reiicit. Iuxta hæc ergo permutatio, quæ ſimoniaca non eſt, licet reſpectum temporalem ſpectet, licita erit.

49 Ex quo iuſtificari poterunt frequentes permutationes in Beneficiis Indiarum, quia in illis qui ſpiritualem utilitatem attendat, rarus erit. Circa hoc tamen ita ſcribit P. Filiucius *ſupra, num. 25.* *Si ſola intercedat commoditas temporalis abſque ullo reſpectu ad diuinum cultum, Primò, peccatum eſt ſuo genere graue; non tamen ſimonia, niſi latè ſumpra. Secundo, probabile eſt fore nullam coram Ordinariis quia diſpenſatio in iure communi abſque iuſta cauſa, nulla exiſtimatur, præſertim accedente Bulla Pij V. 58. verſ. Ad hæc, vbi ſolum conceditur Ordinariis admittere permutationes, quæ Canoniciſ ſanctionibus permittuntur, cum Decreto irritanti, ſi ſecus.* Sic ille ex Nicalo Garcia *Parte 11. Cap. 4. numer. 49.* Iuxta quæ vix Indiarum Parochis, vix & Prælatiſ. Sed poteſt ex iſis, quæ Auctor ex Nicolao etiam Garcia præmiſerat, talis doctrina molliri: ſic enim ibi: *Sufficit etiam utilitas perſonarum, & quid ſic iſ expediat: hæc enim redundat in augmentum diuini cultus, & ut melius Deo ſeruiatur.* Hæc ille. Quæ quidem firmari ex Gloſſâ poſſunt, in *Cap. Cum vniuerſorum, de rerum permutat.* in quo cum de duobus, qui permutare Præbendas voluerunt, ſic habeatur: *De permutatione Præbendarum ſuarum inter ſe tractare ceperunt, quam utilitati vtriuſque imminere credebant, &c.* ſic explicat verb. *Vtriuſque: Quia altera alteri magis vicina erat, aut alia conueniens cauſa.* Sic Gloſſa. Commoditas ergo illa maioris vicinitatis ſufficiens iudicatur, etſi temporalis, quia in eo reſpectus poteſt ſpirituales admitti; ſic enim Deo melius ſeruiſi poteſt. Quid ergo de eo, qui propterea permutat, quia Beneficium alterius maiorem habet commoditatem ad contractus exercendos? Periculofæ profeſto plenum opus alicui, cum ex eo nequeat ſperari quòd Deo ſit melius, ſed deterius, ſeruiendum, dum auaritiæ quæ iuxta Apoſtolum, eſt Idololorum ſeruitus, ex toto corde, ex tota mente, ex totis viribus, ex tota virtute ſeruitur. Quod ergo ex Sylueſtro poſitum, ut probabile ſit, ita eſt accipiendum, ut tunc permutatio liceat, quando ſimoniaca non eſt; quia cum reſpectu alio temporali poteſt commoditas aliqua ſpirituales intendi, quæ tunc ſtabit facile,

Fauorabilis pro cauſâ doctrina

Sylveſter.

Aliqua in Indijs permutationes unde iuſtificari queant.

P. Filiucius.

Perſonalis commoditas, ut poſſit aſſerri.

Cap. Vniuerſorum, de rerum permutat.

Gloſſa.

Reſpectus exercendorum contra ſtatutū abigendus.

enim, cum Eccleſiæ detrimentum ex fine intento circa temporalia non ſequitur, in cuius commodum poteſt Beneficiarij temporalis commoditas redundare; quatenus commodius poteſt, animo alacriori iam reddito, miniſteria ſibi credita exercere.

50 P. Azor loco citato ſic ſcribit: *Sed numquid ſolum ob perſone fauorem, nulla habitâ ratione utilitatis Eccleſiæ, licet Episcopum Beneficia permutes? Agidius (ſcilicet Bellamera) p. 6. q. 2. ex ſententiâ Hoſtienſis, & Ioannis Andree contendit: Episcopum id facere iure non poſſe; ſi tamen fecerit, ratum eſſe & firmum, quod ſcit. Sed primum eſt dicendum. Sic ille: qui dum breuis eſſe laborat, obſcurus factus. Primum ait dicendum. Sed quod eſt illud primum? Nam & eſt primum in *Quæſtione illo*, quòd ſcilicet ex ſolâ neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ permutatio fieri poſſit, & quoties priuata Beneficiarij commoditas in bonum Eccleſiæ redundat: & eſt item primum in ſpeciali illâ difficultate, quòd videlicet Episcopum iure facere nequeat, ut ob fauorem perſonæ permutatio fiat. Et quia primum ad clauſulam potiùs poſteriore videtur referendum; ſi ita eſt, vltimum illud, quòd ſcilicet rata & firma permutatio ſit, indeciſum relinquitur. Niſi dicat ex affirmatione vnus, & non alterius, huius colligi negationem. Sed certè id non ſemper accidit, & ſuas patitur limitationes; quod quidem vitari potuit, propriam ampliùs ſententiam explicando. Ex eo autem quòd illam, quæ Episcopis id tribuit, quod vidimus, non penitus probet, eiſdem probabilitas non tollitur: & cum ſtare poſſit, ut ob fauorem perſonæ facta permutatio ſit firma & rata, facile eſt Episcopis ita rem diſponere ut & licita ſit, quocumque bono reſpectu, qui ſpirituale bonum attingat; & ille ſatis obuius eſt, quod permutans in loco ſibi gratiore conſiſtens lætior, & ſic promptior minus ſibi creditum adimplebit.*

51 Ex Nicolao Garcia *ſupra, numer. 49.* ſic habet P. Palaus *s. 1. citato num. 4.* *Adde, utilitatem vnus ex compermutantibus in Eccleſiâ utilitatem cedentem, præſtare ſufficientem cauſam permutationis; dummodo ex parte alterius damnoſa Eccleſiæ permutatio non ſit. Quia abſolute illa permutatio in utilitatem Eccleſiæ redit. Sic ille. Quòd quidem ad præſentem cauſam non parum momenti habet. Ratò enim accidit ut ex permutationibus alter rationem aliquam conuenientiam in permutatione non habeat. Ab illo ergo eum tractatus incipiat, ſi alter ingenuè fateatur ſe cauſam ſufficientem habere, quam Prælatò aperire, poterit hic eidem credere, & ſic de permutatione pacifici, licet ipſe cauſam nullam habeat permutandi. Quoad damnum verò Eccleſiæ, illud certè debet Prælatò exponi, ſi verofimile ſit, quando Episcopum ipſi aliâs perſectum non habetur: ut ſi viribus integris ſit, & lingua Indicæ peritus; cum aliis hiſ ſit qualitatibus deſtitutus. Poteſt autem tunc conſiderari an damnum tale maius futurum ſit, quàm bonum, quòd Eccleſiæ alteri ex illius curâ proueniet. Si enim bonum præponderaret, illud poſſet iure præferri; & etiam ſi æquale. Nam cum datur ex parte vnus eſſe cauſam in bonum Eccleſiæ cedentem; ille equidem vtilior erit Eccleſiæ, ad quam transfertur, quàm priori. Qui autem ſine ſpeciali cauſa permutat, tam erit vtilis*

Ob fauorẽ perſone an Episcopum permutare poſſit.

P. Azor obſcura doctrina circa illud.

Pro praxi notandum.

Vtilis pro eodem doctrina ex bonis Auditoribus.

P. Palaus.

Circa damnum Eccleſiæ ex permutatione imminens.

utrumquæ alteri; & ita generaliter loquendo maius erit Eccleſiæ bonum; ſicut cum tranſlatio Episcoporum ſit, ex quo Eccleſia, quæ deſertitur, damnum aliquod patitur, ſed quia alia ad quam ſit tranſlatio, commodum ex eâ reportat, abſolute illa in bonum dicitur Eccleſiæ redundare.

§. III.

Frequentes in Indijs caſus circa Permutationes: & quid Iuris interni circa illos.

52 Cvm aliquis ex benignitate Regiæ, Beneficium Curatum habens, ad Præbendam in Cathedrali aliqua Eccleſia præſentatur, accedere ſolet ut amicum, aut aliâs coniuictum, promouere deſiderans, qui non ita pingue Beneficium habeat, cum eo permutationem intenter, & multoties conſequetur. Voluntatem enim admittendæ Præbendæ diſſimular, ut nihil inde ſibi poſſit opponi, vel fortè hoc ſine diſſimulatione peragitur, quia non obſtante huiusmodi voluntate, de bono exitu minimè deſperatur. Idem videre licet in aliis, qui propterea quòd in Hiſpaniam bene nummati redire volunt, vel ad honoratiora Beneficia obtinenda contendere, permutationem inſtituunt: quod equidem vacante Sede ſolet euenire, quia tunc iſta facilis obtinentur. Videtur autem in illis poſſe ſine graui conſcientiæ reatu procedi, quia dum non vacat Beneficium, poſſidentis eſt: ergo & poteſt de illo iuxta id, quod permittunt Canones Sacri, diſponere, in quibus caſus iſti non inueniuntur excepti. Et quod ad utilitatem Eccleſiæ attinet, quam illi in permutatione requirunt, poteſt in caſibus dictis locum habere, ſi ſis, cum quo Permutatio inſtituitur, aptus Beneficio ſit, & hilarius ac promptius in eo credatur ſeruiturus, iuxta ſuper dicta. Quòd verò vacatio breui futura non obſtet, ex eo probari poteſt, quod graues ſcriptores admittunt, eum ſcilicet, qui ſe priuandum Beneficio ſcit, poſſe illud in fauorem reſignare. Pro quo P. Thomas Sanius *Lib. 2. Conſil. Cap. 2. Dub. 14. num. 7.* Quod verum putant etiam eum priuatio futura eſt ob irregularitatem ex homicidio, aut etimine alio contractam. Et ita expreſſè tenet P. Bauny *in Praxi Beneficiorum, Diſput. 11. Quæſt. 34. Diſto 1. ad 2.* & P. Sanius *Lib. 7. de Matrim. Diſput. 42. numer. 2.* Ex eo autem quòd accepturus Beneficium, non multò poſt illud ſit reſtitutus, non videtur grauius delinquere: nam & accipere Beneficium poteſt quis animo dimittendi illud poſt breue ſpatium temporis, ſi occaſio alterius commodioris incidat, vel ſi permutatio occurrat, vel pro quo faciat oppositionem, ut cum multis tenet etiam P. Sanius *Lib. 7. citato, Diſput. 45. n. 12.* vbi Nauarrum laudat aſſerentem non poſſe eum, qui Beneficium Parochiale recipit animo inſerulendi illi, donec permutet cum alio; etſi proponat vnico ſolo die tenere illud; dummodo eo die impleat, quod tenetur. Pro quo videri etiam poteſt P. Leſius *Lib. 2. Cap. 34. num. 136.* vbi mortiferum negat in eo eſſe peccatum. Pater Layman *Lib. 4. Tractat. 2. Cap. 14. numer. 9.* Pater Bauny *in Praxi Beneficiorum, Diſput. 11.*

Admittent permutationem ad Præbendam an poſſit Beneficiu Curatum permutare, & ſic de alijs.

Pro parâ aſſertionem iſta quid ſtatua.

Vacationẽ inſtantiẽ non obſtare ex receptâ doctrinâ da priuando Beneficio.

Neque vtilitatem renuntians, ex aliâ etiam re.